UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Iosephvs hoc est, Sanctissimi Educatoris Christi Dom. Deiq. nostri in Terris apparentis, ac Æternæ Virginis Mariæ Sponsi Vitæ Historia

Stengel, Carl

Monaci, MDCXVI.

Oratio S. Bernardini Senensis ad S. Iosephum.

urn:nbn:de:hbz:466:1-42004

Visual Library

Oratio S. Bernardini Senenſis ad S. Ioſephum.

D. Bernar. tom. 3. ſer. de S. Ioſep.

MEmento noſtri, beate Ioſeph, & tuæ orationis ſuffragio apud tuum putatiuum filium intercede: ſed & beatiſſimam Virginem Mariam, ſponſam tuam, nobis propitiam redde, quæ mater eſt eius, qui cum Patre & Spiritu ſancto viuit & regnat per infinita ſecula ſeculorum, Amen.

Oratio R. P. P. Ioannis Michaëlis Conſtantienſis ad eundem.

Man. Exercit. cap. 1.

AVE per ſuauiſſimum Cor IESV beate Ioſeph ſponſe Dei genitricis & Virginis dilectiſſime: Domini noſtri IESV Chriſti Pater nutritie. Patriarcharum felix clauſula; In humilitate profundiſſime. In fide & ſpe certiſſime: In amore ardentiſſime: In boni operatione ſtrenuiſſime: Pro omnium ſalute ſollicitiſſime: In contemplatione altiſſi-